

Britannos illi , qui sunt Improbis , grates habuisse Burneto credendi sunt , quod flagitiorum suorum retributionem in immensum quodammodo distulerit : ita Probus quoslibet eidem indigatos persuasum habeo , quod Paradisum , quem & ipsi sperant (jure ne , an injury , minime nunc opus est investigare) a tot Sæculis clausum exhibuerit , & quo unquam tempore recludendum sit , obscurum omnino reliquerit . Certe illud exploratum est mihi , fatentibus eundem Libri editoribus in Praefatione , videlicet quoniam factum suum Burnerus *gravum quorundam* in Britannia *Theologorum amico* examini tradidisset , exhortuisse viros doctos atque sapientes hominis consilium , utpote quod in perniciem Christianæ Religionis & Reipublicæ manifeste vergat , eisdemque fuisse auctores , ut lucubrationem , nullum de cus , sed odium sibi & contemptum paritutem , supprimere , prudentius flamnis insimulandam commendaretur . Atque ille profecto , dum vixit , ab exponenda pestilenti merce abstulit . Attamen , ut est Novatorum omnium , quibus idem perinde est bona fama , atque infamia ; dum eorum nomen in ore hominum sonet : ita Librum vivens pressit , ut liberum ei post mortem ostium voluerit . Neque defuerit viri , qui , quod lucri sui loco ponant sanctissima Religionis deprimente quaque obstetricias manus lubenter eidem prebuerent . Hlos nempe fructus ex infelici Schismate suo jamdui Britannis referunt , ut gregem non creditum in finu suo augeri quotidie cernat , ac tertimo gliscenti morbo nullum amplius remedium agnoscatur . Itaque Anno 1726 . Londini in lucem erupit Burneti Liber . Acuto minime ingenio opus est ad dignoscendum , qua pice oblici sint illius Editores . Inquiunt enim : *Reperto in scriulis , post obitum ipsius , codice , in quo nonnulla immutataz , etiam est in Paucissimum uolum Aliquot exemplaria recidere : quippe quia ergo ferrent ex doctioribus nonnulli , magno summi viri studio excellutum Opus aliquando forsitan interire posse : Adhibita tamen est cautela ; ne in Vulgus enaneret . Quisquis igitur hunc Librum in manus sumperat , is se nullo modo passurum , a quoquam aut calamo aut typis describi , data fide obstringitur .* Ita illi , sanniones unque impii , in ludibrium suorum præcipue contribulum , quando tot exemplaria virulentri Operis ubique disseminarunt , eorumque interim raritate confusa , pretium & desiderium illius apud incautos adaugendum sperarunt . Quare , si conjectura locus , id unum consequenti videntur , ut apud probos Britannos gloriam libri maligni perditique animi comparant : qua procul dubio fraudandus nequaquam est , quicunque in corruptelam Religionis & Reipublicæ sua sciens volenque conspirat . Sed haec missa faciamus .

Sero ad me perlati sunt Burneti Liber , atque e vestigio nulla mihi de illo confutando injecta est cogitatio . Immo ne illum quidem , fateor , legere sustinui . Quippe quemnam in finem , nisi ut despere incipiatur , ad Novatorum scripta me conferant ? Qui me in Religione confirmavit , non me ab ipsa avertant , equidem quaro & amo . Verum ubi intellexi , per Italiam serpere ejendem exemplaria non pauca , tunc vires meas , quantulacumque sint , in præsidium Religionis ac Veritatis , simulque fratrum meorum , experiri in animum induxi . Profecto certum mihi pene est , ex Catholicis neminem , etiam si in Burneti Librum incurrit , quidquam ab illis abominando conatu , & fraudulenta eruditio commotum iri . Nam ex quo Catholica Ecclesia , in Florentino potissimum Generali Concilio , quid heie nobis credendum sit , decrevit : habemus firmorem Evangelicum sermonem , in quo stabiles conquiescimus , certos nos faciente Deo , ibi Veritatem perpetuo futuram , ubi est Ecclesia Dei vivi , Columna & firmamentum Veritatis , contra quam porta Inferi nunquam prævalebunt . Nihilo tamen feciis quoniam & pusillis auxiliis præbere juvet aduersus Novatorum infidias , atque utile non minus quam jocundum cuicunque esse confusaverit , posse etiam de Fide nostra , prout occasio tulerit , rationem reddere : propterea opera pretium rœ facturam duxi , si hanc provinciam susciperem , atque una cum confutatione Burnetani somnia aperirem , quam solidis atque inconcussis fundamentis hac etiam in re nitatur Romanæ Ecclesiæ sententia . Eo autem lubentius in arenam descendit , quod , nisi mea me fallit opinio , argumentum hoc videre mihi vius sum nondum pro dignitate prætractatum a nostris . In eo quidem versati sunt jamdudum Sanctus Thomas Aquinas , Alfonsus de Castro , Cardinalis Bellarminus , Vasquius , Petavius , aliique insignes Theologi , sed jejune , sed alio properantes . Itaque opus aggressus sum , ne illis quidem , qui inter Britannos sapient , ingratum , ut spero , futurum , si forte ad eorum manus perveniat .

Ex ejus autem lectione utinam desiderio ac spe Coelestis illius Regni , pro quo pugna suscepta est , vehementius in dies animi nostri accendantur . Eja mature oculos mentemque erigamus ad ineffabiles illas delicias , atque ad beatissimam aeternamque Patriam illam , ad quam brevis peregrinatio nostra tendit . Quo importunius impii quidam Novatores a beatissimi illius loci possefione removere nos , seu remorari contendent , ea nos alacrius , divinis freti promissi , neque amplius dubii de celeritate Premii , per Virtutum iter festinamus . Ceterum non ego singulas perversas opiniones , sive somnia in eodem Burneti Libro temere exposita , oppugnanda mihi proposui . Unum volo : videlicet ostendere , quam immiterio , dicam etiam quam impio consilio , ille Justis perfectis Beatitudinem negat in Cœlis , antequam Corpora in fine